



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

78. An pro ipsius vitae, aut membra privatione, deformitate, cicatrice, &c.  
sit facienda aliqua restitutio? Ex p. 5. tr .4. res. 54.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

# De Homicidio, &c. Resol. LXXVI. &c. 127

cida creditoribus obligatus, nisi forte ea intentione occiderit, ut eis obesset: unde in casu contingentia non imponerem homicida onus restitutionis.

## RESOL. LXXVI.

An si mancipium aliquem occidat, absque Domini culpa, adhuc Dominus teneatur ad aliquam restitutionem ante iudicis sententiam?

Et notatur Dominum posse abscondere animal, aut seruum, ne capiatur ante sententiam. Ex part. 5. v. 4. Ref. 52.

Sop. hoc me. lib. & magis. l. 1. & 2. Res. 67. §. 2. v. qu. in fine. **V**ideatur affirmatiæ respondendum, ex 1. §. ser. n. usq. de noxaib. action. & ex c. si culpa, de iniuriis & danno dato. Verum ego puto cum Petri Nauarra lib. 2. c. 1. n. 38. & Lessio lib. 2. c. 9. dub. 17. n. 19. istas leges neque iure positivo ante sententiam iudicis obligare in conscientia, quia videtur solùm pertinere ad fortunam externam, neque alterius uisa recepta sunt: que omnia à fortiori procedunt in animalibus, quæ si aliquod damnum fecerunt ab lique domini culpa, non teneatur dominus ad danni restitutionem, nisi post iudicis sententiam, ut ipsenem Lessius docet n. 119. & Malerus in 2. 2. n. 3. cap. 2. dub. 5. vbi etiam notatur dominum posse abscondere animal, aut seruum, ne capiatur ante sententiam.

## RESOL. LXXVII.

Quid teneatur restituere homicida, vel mululator? Et pro praxi huius difficultatis aliquas adducantur, alij vero notarii in textibus Resolutionis. Exp. 5. tract. 4. Ref. 53.

**S**. 1. **C**ertum est teneri primò ad impensas in cura-  
tione morbi, sive vulneris. Secundò ad omni-  
nia damna ex nece sequenti. Tertiò ad lucrum ceſſans.  
Sed primò hic est difficultas, an homicida teneatur re-  
ſtituere integrum lucrum? & affirmatiæ responderet gl.  
in c. 1. de iniuriis, ver. oper. v. & ibi Panormitanus n. 5.  
gloss. in lex bac. ff. si quadrup. paup. Graffius in de. lib. 2. c. 66. n. 2. Gomez lib. 3. ariar. c. 6. n. 9. Ioannes Maior in 4. dif. 5. q. 9. dub. ultimo. Nauar. in Manuali,  
c. 13. n. 26. & alij.

2. Verum contraria sententia tenenda est. Dico igi-  
tur quod homicida non teneat integrum lucrum re-  
ſtituere, quia lucrum in spe, quod molitus modis impe-  
diſ potest, non valet tantum, quantum lucrum in re.  
Vnde in taxando hoc lucro attendendæ sunt circum-  
ſtantia personæ, loci, temporis, &c. Si occidit in  
uenis, & optimæ salutis, item si erat bonus artifex, &  
maximè labori incumbens. Ita D. Thom. in 2. q. 62.  
art. 2. ad 1. Mercatus de contract. lib. 6. c. 6. Sotus de Iust. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 1. Ledelina in 2. p. 4. q. 18. art. 2. dub. 2.  
& alij communiter. Existimo etiam probabilem cum  
Becano de iust. & iure in q. 62. 2. 2. D. Thom. de refit. q. 8.  
concl. 1. Couarr. lib. 2. var. c. 10. n. 7. & Angelo ver. re-  
ſtituio 1. §. homicida, hanc affirmatiæ faciendam esse  
iuxta dispositionem iuris civilis, quæ habetur in 1.  
computationi ff. ad legem fali idem. Ut si quis sit anno-  
rum 30. vel infra, si putetur adhuc vietur 30. si sit 35.  
putetur vietur 25. si sit 40. adhuc 20. si sit 50. adhuc  
10. semper diminuendo梧que ad 60. Sed hanc opinio-  
nem aliqui non admittunt, quia ex illa sequeretur oc-  
cidentem sexagenarium non teneri ad aliquam reſti-  
tutionem, quod non videtur admittendum: nam fieri  
potest ut adhuc sit validus, & putetur diu vietur.  
Certum est autem in utraque sententia quod quando  
huius remanet viuus cum membris abſcissionē, vel per-

petua debilitate, non oportet hanc computationem an-  
norum vita facere, sed potest solui annuatim dum vi-  
xerit, quilibet anno certa summa pro illo lucro, quod  
habitus erat. Quia verò valde difficile est ratione cir-  
cumstantiarum dare uniuicue ex damnificatis, quod ei  
ex iustitia debetur, sumum eis consilium uti compoſi-  
tione cum his, quibus restituere faciendū est, qui mutuū  
debent sibi remittere, si quid minus plūsve debentur.

3. Secundò difficultas est, utrum ex lucro deducenda  
sit & stimatio molestia & laboris, quem in praestando  
officio, vel opifice subiutoris fuisset: Negatiū reſpon-  
det Lessius lib. 2. c. 9. dub. 19. n. 15. Sotus de iust. lib. 4.  
q. 6. art. 3. circa tercium argum. Nauarra & ref. lib. 4. c. 1.  
n. 68. Couarr. lib. 2. var. c. 10. n. 7. & Villalobos in fin. 10. 2. tr. 1. 1. dif. 25. n. 4. vbi sic ait. [Quanto a la cuen-  
ta del lucro cesante no se ha de atender a todo lo  
que el oficial podría ganar, sino lo que de hecho gana-  
ra, quitando las fiestas, y lo que aña de gastar con su  
persona. Y no se ha de quitar lo que valía su trabajo,  
que si ello se quitará a penas quedaría nada.] Ita ille.  
Et certe si ultimato laboris detrahenda sit, vix ali-  
quid supererit, nam saepè lucrum non est maius, quam  
affirmatio laboris, vt pater in his artificiis, in quibus est  
parum ingeniose industria. Deinde qui alium impe-  
diuit à labore diurno, tenetur integrè lucrum illius dici  
sarcire, nulla parte detracta ratione laboris non obiti,  
nam alter cupiebat labore subire: ergo, &c. & hac  
sententia est latissimæ probabilis.

4. Sed contraria docuit Io. Maior in 4. sent. dif. 15  
q. 19. quam etiam admittit Rebellius p. 1. lib. 3. qui 3.  
n. 2. vbi sic ait. Lucri ceſſantis restituſ moderanda  
erit proper affimationem laboris, quem in lucrando  
subiutoris erat, nisi forte eius esset ingenio, vt non mi-  
nus moleſte ferret, otium, quam laborem. Ita ille. Ve-  
rum quia res morales moraliter tractandæ sunt, ego  
existim quod huius ingenij paci inueniuntur, maxi-  
mè si ageretur de labore per totam vitam, id in praxi  
fatuſ probabilitate existim posſe ad arbitrium pruden-  
tis viri aliquid detrahā restituſ lucri ceſſantis ra-  
tione leuaminis à labore, & ita mecum sentiunt docti  
recentiores, quicquid in convarum Doctores com-  
muniter aſſerant.

5. Notandum est etiam hinc obiter contra Sotum de  
iust. lib. 4. qua. 1. 6. art. 1. ex modo occidendi iniurioso,  
nimis inſidiōsè, pro litorie, crudeliter, atrociter,  
&c. non esse aliquid amplius restituendum. Ita  
Azotius part. 3. lib. 5. c. 3. q. 3.

6. Nota etiam quod non tantum hæredes homici-  
de tenentur soluere damna, sed etiam ipse filius, si  
bona homicida fuerint publicata, sicuti tenetur ad  
alia debita. Ita Sanch. in jum. tom. 1. lib. 2. cap. 22. à mu-  
mer. 74. usq. ad num. 84. Aragon in 2. 2. D. Th. q. 62.  
art. 2. a. 1. & alij, quod Iulius Clatus in praxi crim.  
lib. 1. homicidium, ver. teneat, etiam notat male in pra-  
xi obfernari.

7. Et tandem nota contra Nauarrum c. 15. n. 22. ho-  
miciadū non teneri soluere expensas moderatas fa-  
ctas in sepultura occisi. Item si quis iniuste præuenien-  
do aliquem occidit, qui naturali, vel alias iusta mor-  
tis erat moriturus, non tenetur aliquid restituere, quia  
nullum damnum intulit occiso, quod iuste non era  
passurus. Ita DD. citati.

## RESOL. LXXVIII.

An pro ipsius viro, aut membris priuatione, deformitate  
cicatrice, &c. si facienda aliqua restitutio? Ex part. 5.  
tr. 4. Ref. 54.

**S**. 1. **A**ffirmatiæ sententiam docet D. Thom. in sup. hoc in.  
2. 2. q. 62. art. 2. a. 1. & iai Aragon, Saloniūs, Norandūs  
L. 4. Sylvius, &c.

Sylvius, Valencia, Scotus, Richardus, Gabriel, & Major in 4. sent. dist. 15. Adrianus in 4. de restitu. vlt. Azorius tom. 3. lib. 5. c. 3. q. 4. Molina de Iust. tom. 4. tr. 3. disp. 88. Rebellius part. 1. lib. 3. q. 1. n. 1. Fernández in Exam. part. 1. c. 14. §. 1. n. 17. & alij : & ratio est: tum, quia, ut notauit D Thom. cit. quandocumque non potest reddi aequivalens, redi debet possibile, quia impossibilitas excusat à tanto, non à toto. Tum, quia absurdum videatur bouem, aut seruum alterius occidentem teneri de domino vite, bouis autem domini occidentem non iter. Tum, quia in omni sententia licet de tali domino transfigere, atque ita ex pacto saltem aliquid pro ipso accipere. Tusa, quia in lege Moysis simile damnum erat compensandum. Exod. 2. 23. ubi pro anima iubetur dari præmium pro oculo, aut dñe seruo libertas. Discrepant tamen citari DD. in modo restitutio. Adrianus ait reum, si in iudicio non puniatur, deberet vitam expondere pro Republica in tali bello, quod tamen communiqueret ab aliis, & restet, reiicitur, quia hæc restitutio per se falso nihil prodest. Sotus ait satificiendi esse petitendo veniam vel à lazo, vel ab haeredibus (nisi cum his aliter transfigatur) aut alia arbitraria satificatione, determinate autem ad suffragia spiritualia pro occiso offerenda non putat ex iustitia teneri iademente, licet hæc commoda satiatione esse queat. Salomon item hoc relinquit arbitrio prudentis Confessarij, ut reus satificari aut per suffragia & officia spiritualia ipsi defuncto, aut per veniam petitionem, aut aliquam compensationem pecuniariam ipsi haeredibus. Conveniunt tamen ferè omnes in eo, si reus in iudicio iusta pena talionis afficiatur pro naturali domino ad nihil aliud teneri.

2. Verum his non obstantibus ego puto absolute contrariam sententiam tenendam esse, quam tenetur. Petrus Nauarrus de restit. lib. 4. c. 1. n. 80. Nauarrus in Manuali cap. 15. n. 22. Gomez lib. 3. var. 6. Couarr. lib. 2. var. c. 10. Filliulus tom. 2. tract. 2. c. 8. n. 200. Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 1. c. 7. Gordonus in Theolog. moral. tom. 1. lib. 5. qu. 4. cap. 4. num. 1. 6. Lessius in Iust. lib. 2. cap. 9. dub. 23. num. 1. 41. Laymann lib. 3. sent. 5. tract. 3. part. 1. cap. 6. num. 2. Vasquez opusc. de restit. cap. 2. §. 3. dub. 6. Beccanus de Iust. & iure in 2. 2. D. Thom. quæst. 11. de restit. concil. 1. & legg. Dicendum est igitur pro vita, membro, cicatrice hominis liberi nihil necessariò restituendum esse in conscientia.

3. Probatur priuò ex l. fin. de his qui effuderint, vel deiecerint, & ex 1. ex hac lege, ff. si quadrup. pan. fecisse dicatur, nam in his legibus dicitur liberum corpus nullam recipere astimationem, ac proinde dama corporis liberi non posse pretio compensari, quia sunt supra omne premium.

4. Hinc probatur secundò, quia restitutio, quæ debetur, ex iustitia, reparat damnum illatum præcisè ad aequalitatem: ergo ubi damnum natura sua irreparabile est, non debetur restitutio lege iustitiae. Vnde è contrario dicendum est, quod pro vita serui, vel animalium debet fieri restitutio pecuniaria, quia illorum vita astimatur pretio quod ad aequalitatem rependi potest: ergo pro illa tantum soluendum est, quantum valer. Cæteras rationes videbis apud Lessium ubi *suprà*, & idem in tali causa Tannerus tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 13. putat quod non debet facile Confessarius penitentem ad restitucionem compellere.

5. Vnde ex his infertur primò quod si vir nobilis, aut alius occidit sit, qui nñ il luci faciebat, nihil restituendum erit.

6. Infertur secundò nihil esse restituendum homini libero pro deformitate resultante ex vulnere, nisi inde damnum temporale resulteret; tunc enim non ratione vulneris & fecitatis, sed ratione damni renerit illud compensare, ut si deformitatem faciat in feminâ nubili, quæ ob id matrimonio copulari nequit, vel am-

priori indiget dote. Similiter si deformitas facta est in seruo, ob quam minus valeret.

7. Infertur tertio quod fustibus, vel alapæ percutes aliquem non tenetur pro iniuria compensationem pecunia facere, sed tantum pro damnis temporalibus, si quæ inde sequantur.

### R E S O L . L X X I X .

*Quis vulnerauit opificem, quererunt à me, ad quid intratur vulnerans restituere?*  
Et in corpore huic Ref. alij quatuor diversi casu infinitur, & notantur sive contingentes in præ. Et p. 3. tr. 6. Ref. 53.

§. 1. R Espondi ad impensis Medico largitas, iusta in cap. 1. de iniuriis. Secundo ad affirmationes in operarum, quibus ille currit, quibus ex illo valens inutilis factus est, ut patet ex l. vlt. ff. de his qui detinuntur, vel effuderunt. Sed difficultas tunc fuit, utrum descendat efficitio molestia, ac laboris, quem in officio, aut opificio subitur erat. Et alij negant responderunt, & probabiliter quidem; nam ita tenetur Lessius lib. 2. c. 9. dub. 19. Nauarrus de restit. lib. 4. c. 1. n. 68. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 10. num. 7. & Sotus de iustit. lib. 4. q. 6. art. 3. circa 3. argum. & alij.

2. Verum ego contraria sententiam non minus probabilem esse existimau, quam docent Rebellius part. 1. lib. 3. q. 1. 3. Molina de iustit. tract. 3. disp. 87. conclus. 1. Maior in 4. dist. 15. q. 9. 19. Igitur in tali casu, si penitens vellet astirationem laboris deducere, Confessarius illum potest secure absoluere, & à dicto one restitutio liberare.

3. Notandum est tamen hic obiter primò contra Sotum in 4. dist. 15. quæst. 3. Adrianum in 4. de restit. lib. 2. q. 1. 3. Sotum de iustit. lib. 4. q. 6. art. 3. Sylvester in ver. restitutio 3. quæst. 2. Azorium tom. 3. lib. 3. cap. 3. q. 2. & Molinam tract. 3. disp. 84. pro cæteris definitate, membris, in modo ipsius vita facta nullam penitentiam compensationem secundum se faciendam esse, ante iudicis sententiam. Ita docent Lessius lib. 2. cap. 1. dub. 23. & 25. Nauarrus c. 1. 5. num. 2. Gomezius resol. lib. 3. cap. 6. n. 12. Nauarrus lib. 4. c. 1. num. 80. & seq. Vasquez in opusc. de restit. cap. 2. §. 3. dub. 6. & glossa in cap. 1. de iniuriis, & habetur clare in loco. & in 1. 1. § sed cum homo, ff. de his qui effuderunt, ubi astiratur, quod in homine libero nulla corporis astiratio fieri potest.

4. Vnde hinc etiam obiter nota contraria sententia in 4. dist. 15. n. 3. Adrianum quæst. 3. lib. 2. q. 1. 3. Molinam tract. 4. dist. 4. n. 3. Adrianum quæst. 3. lib. 2. q. 1. 3. & alios probabile esse, quod si quis famam immunit ablatam, non directe, nec indirecte restituere possit, non tenetur ante iudicis sententiam pecunia illum compensare, vel satisfacere. Et ita tenetur Lessius lib. 2. c. 11. dub. 16. Nauarrus lib. 2. c. 4. n. 417. Sylvester ver. de restit. 3. part. 1. c. 6. n. 3. cum alii.

5. Notandum secundò aliquem, qui pronovatus ad pugnam accedit, et si deliquerit vulnerando, non tamen tenetur damnum restituere, nam provocans quantum in corpore suum, se erat potestesse fecisse censor in inferendam, & sic probabiliter sentiant Lessius lib. 2. c. 6. q. dub. 14. Rebellius part. 1. lib. 3. q. 12. Azorius tom. 3. lib. 3. cap. 7. quæst. 7. quidquid in contrario afferat Molina de iustit. tract. 3. disp. 82. Vnde à fortiori infertur, quod ex conditione ad duellum descendit, & mortem, ant vulnus alterius intulit, ad nullam restitucionem haeredibus, seu vulnerato teneri, nam volentes, & conscientes ad pugnam descenderunt. Lessius ubi *suprà*, & alij.

RESOL.